

formidans eam per effectum operis adaptari, quæ dies operis impii paucos fieri, ut & Episcopatum ejus accipiat alter, imprecatur.]

[7 Illud quoque te debet fortius in ministrandi proposito stabilire, quod hactenus in Ecclesia tibi commissa laudabiliter ministri seruis, siquidem (quod abit) alius te cedente minus utilis sumseretur ad ipsum, profecto non parum ab ipsa quiete, quam appetis, turbareris, cum ubi bene ministerium tuum exercueris, non absque dolore cerneres inutilis ministri desetum, fieretque, ut tantum in contemplationis arce tibi deperisse cognosceres, quantum Ecclesia, cui presides, non sine tua confusione, per te substratum esse videres.]

C A P. XI.

Episcopus, qui propter crimen renunciavit Episcopatu, & ad religionem transiit, ad Episcopatum reassumi non potest. Secus si renunciavit propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientie, simoniam ipso ignorantie commissam, vel aliam similem causam.

Idem Innoc. III. a Episco po Faventin. in Archiepiscopum Ravennat. electo. (an. 1208.)

Roma in Æmiliam.)

Post translationem b tuam ad Ecclesiam Ravennaten. cum Præpositus, & Canonici Faventin. in I. eorum Concanonicum liberam eligendi auctoritatem unanimiter contulissent e, ipse d I. sancti Fridiani Lucanen. Canonicum olim Episcopum Sartan. e in Faventin. Episcopum postulandum elegit. Porro a sancti Fridiani Priore super hoc requisito, & obtento consensu f, Præpositus, & alii postulationem eandem approbari a nobis humiliter petierunt. Verum postulationi hujusmodi videbatur Concilii Constantiopolitanum Capitulum obviare, in quo statutum est, ut quicunque de Pontificali dignitate ad Monachorum vitam & pœnitentia locum descenderit, nequaquam ulterius ad Pontificatum resurgat. Unde contra dictum Concilium (cum sit unum ex quatuor principalibus, que sicut quatuor Evangelia Ecclesia Catholica venerantur) nullatenus videbatur eorum g postulatio admittenda. §. 1.

C A P. XII.

Qui petuit cedendi licentian, ex quo illam obtinuit, cosdere compellitur.

Idem in Concilio generali. c (an. 1215. Rome.)

Quidam d cedendi licentiam cum instantia postulantes, ea obtenta cedere prætermittunt. Sed cum in postulatione hujusmodi, aut Ecclesiarum commoda, quibus presenti, aut salutem e videantur propriam attendisse (quorum neutrum suasionibus aliquorum querentium quæ sunt, seu etiam levitatem f qualibet nolumus impedire) eos ad cedendum decernimus compellendos.

C A P. XIII.

Non renunciat juri suo, qui gratia adversarii se submittit. Honorius III. majoris Ecclesie Decano, & magistro

R. Cantori g sancti Dionysii Leodiensis.

(an. 1217. Roma in

Belgium.)

Veniens ad sedem Apostolicam I. Subdiaconus proposuit, quod cum bonæ memorie I. Papa p. n. Abbatii de Emenco b, & majoris Ecclesie, ac sancti Pauli Cantoribus Treverens. suis dederit literis in mandatis, ut si nihil canonicum obviaret, præbendam in Ecclesia sancti Florentini i in Confluentia, quam Jacobus Decanus ipsius Ecclesie resignavit, sublato appellationis obstatulo assignarent eidem: [& infra. 1] Cumque judices Apostolicum vellent adimplere mandatum, quidam f oppo-

tum a intelligitur Concilium attentari, quod in eo loquitur casu, cum propter aliquod crimen Episcopatum quis deserens, ad vitam monasticam pœnitentia causa descendit. Unde quidam in eo casu loqui dixerunt capitulum supra dictum, cum quis pro criminis, de quo coauictus fuerat, vel confessus, ab Episcopali dignitate depositus, in monasterio exitit ad pœnitentiam agendam inclusus: vel cum aliquis propter grave crimen, pro quo Episcopatum retinens pœnitentiam digne agere non valebat, cedendi obtenta licentia vitam monachalem elegit. Aliis asserentibus, sic intelligendum esse Capitulum antedictum, ut per se resurgere nequeat, id est, repetrere quasi debetum, quod tali modo dimisit: quanquam eligi possit, prefertim si locum tantum, & non ordinem resignavit. §. 5.

Cum ergo nobis constare nequivit, ob quam causam praeditus I. Episcopatu olim cesserit, mandamus, quatenus si tibi confiterit, quod propter aliquam ex premissis causis, seu consumilibus, idem I. Episcopatu cesseris memorato, tu auctoritate nostra (dummodo necessitas, vel utilitas id expoſcat) licentiam ei tribuas ascendendi ad regimem Ecclesia Faventinensis, maxime si veritate subnitus, quod dictus I. loco tantummodo cesserit memorato, & non ordini, vel etiam dignitatib. Tunc enim eset vehementissime præsumendum, quod non propter crimen aliquod ab ipso commissum, sed causa pœnitentia ad vitam migraverit regularem: præsertim cum Apostolica sedes post cessionem multo minus quam antea, permisisset eidem tali criminis irretito, in pontificali ordine ministrare: alioquin (cum durum nimis extiterit, contra tam solenne Concilium hujusmodi postulationem admittere) Præposito, & Canonicis memoratis injungas, ut aliam personam sibi idoneam eligat in pastorem.

C A P. XIV.

Si Prelatus ab obedientia subditos absolvit, non propter hoc Prelatura renunciat.

Idem Archiepiscopo Treverensi.

Letæ coram d nobis f. t. literæ contingebant, quod Abbas sancti Petri e Tullen. tibi humiliter est confesus, quod cum adeo gravi ægritudine laboraret, quod de vita desperaretur ipsius, ad cuiusdam æmuli fui consilium, de quo ipse (cum non crederet eum æmulum) confidebat, Monachos suos ab obedientia, in qua sibi tenebantur, absolvi, vocato diecesano Episcopo, ut Abbatiam in ejus manus resignaret: quod f tamen usus consilio seniori non fecit: & eidem Abbatii postmodum restituto sanitati, universi & singuli de conventu obedientiam, & reverentiam requisihi ab eo, in Capitulo promiserunt. g (& infra. 1) Nos autem ex tali facta eundem Abbatem suo resignasse regimini non videmus.

[1 Idem tamen super eo, quod sic fecerat, dubitans, a re, ut super hoc saluti sue consuleret, postulavit: propter quod cum habito prudentium consilio diversa sentient, tu nostrum consilium, ou idem Abbas ex hoc resignaverit, requisisti.]

C A P. XV.

Abbas exemptus sine licentia Pape renunciare non potest. Gregorius IX. Agathensi, & Uicensi Episcopis. h

Hæc flii Conventus monasterii sancti G. i immediatae ad Rom. pertinentis Ecclesiam, intimaverunt, quod Abbas eorum sentiens se insufficientem oneri regiminis Abbatiae, cessit in manibus eorundem: ipsi x quaque G. Monachum sancti Victoris elegerunt canonice in Abbatem: [& infra. 1] Cum igitur dictus Abbas cedere

a al. Idem H. Episcopo in Archiepiscop. &c. b Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. c Vid. l. item. §. 1. D. quod cujuscunq; un. & in auth. de questor. §. 1. collat. 7. d idest, Joachim. e alter. Samaten. f l. ob as. C. de act. & obligat. g al. eadem. h Vide text. in l. 2. cum gloss. in vers. venit. & ibi Bart. D. de decurion.

a Intellexus Concilii Constantinopolitani jubenis, ne, qui ex Episcopo Monachus factus est, ulterioris Episcopus fiat. b Vid. l. jubemus, cum gloss. in verb. promissa. C. de act. Eccles. c Lateran. c. 28. d cap. 1. eod. tit. in 4. compil. e al. aut ad salutem. f Vid. l. sed eti. §. 1. D. ad L. Aquil. & l. 1. §. scindum. D. de edil. edit. g al. Canonico. h Vindicto Trecens. i al. Florini. al. Floroven.

suerunt Canonici Ecclesie memoratae, dicentes, Subdiaconum antedictum renunciasse juri, quod sibi ex ipsis literis competebat. Dicto igitur Subdiacono hoc negante, jam dicti Canonici ad hoc probandum testes aliquos produxerunt: per quos, cum videretur probatum, ipsum se gratia Capituli commisso, duo Judices predicatorum sententialiter decreverint, eundem non posse uti literis supradictis, pro eo, quod idem adversarii se gratia commisserint, per quod visus est renunciasse juri sibi ex ipsis literis a competenti. A qua sententia idem appellans, in b vigiliam Epiphania terminum suæ appellationis praefixit. Ad quem c cum venisset P. de Colle medio, Capellanum nostrum super hoc sibi concessimus auditorem. Sed cum ejus adversarius non accesserit, per duos menses, & amplius expectatus, nec ullus compareret pro eo sufficiens responsalis, tandem quidam literas habens ad contradicendum, & impetrandum, coram eodem comparuit: qui cum ad tractandum causam minus sufficiens crederetur, idem auditor sententiam predicatorum Judicium sententialiter (justitia exigente) cassavit. Nos igitur ratam, & firmam habemus Capellani sententiam memoratam.

[1 Eodem I. literas ipsas predicto Decano, & aliis ostendente, idem Decanus de resignatione forte pœnitentis occultavit literas supradictas, deinde eidem I. prefatis literis restitutis eas nominatis Judicibus, ut exequentur mandatum Apost. praesentis.]

C A P. XVI.

Si Prelatus ab obedientia subditos absolvit, non propter hoc Prelatura renunciat.

Idem Archiepiscopo Treverensi.

Letæ coram d nobis f. t. literæ contingebant, quod Abbas sancti Petri e Tullen. tibi humiliter est confesus, quod cum adeo gravi ægritudine laboraret, quod de vita desperaretur ipsius, ad cuiusdam æmuli fui consilium, de quo ipse (cum non crederet eum æmulum) confidebat, Monachos suos ab obedientia, in qua sibi tenebantur, absolvi, vocato diecesano Episcopo, ut Abbatiam in ejus manus resignaret: quod f tamen usus consilio seniori non fecit: & eidem Abbatii postmodum restituto sanitati, universi & singuli de conventu obedientiam, & reverentiam requisihi ab eo, in Capitulo promiserunt. g (& infra. 1) Nos autem ex tali facta eundem Abbatem suo resignasse regimini non videmus.

[1 Idem tamen super eo, quod sic fecerat, dubitans, a re, ut super hoc saluti sue consuleret, postulavit: propter quod cum habito prudentium consilio diversa sentient, tu nostrum consilium, ou idem Abbas ex hoc resignaverit, requisisti.]

C A P. XV.

Abbas exemptus sine licentia Pape renunciare non potest. Gregorius IX. Agathensi, & Uicensi Episcopis. h

Hæc flii Conventus monasterii sancti G. i immediatae ad Rom. pertinentis Ecclesiam, intimaverunt, quod Abbas eorum sentiens se insufficientem oneri regiminis Abbatiae, cessit in manibus eorundem: ipsi x quaque G. Monachum sancti Victoris elegerunt canonice in Abbatem: [& infra. 1] Cum igitur dictus Abbas cedere

a Vid. l. si quis in conscribendo cum ibi not. C. de pac. b D. de f. d eod. in antiquis. c al. ad quam. d Hoc caput subjicitur sequenti, in antiqu. e al. Apriculi, Ord. S. Ben. extra muros Tullenses. f qui. g Vide l. quamvis. ff. de in jus voc. & l. si penituerit. ff. de divert. h Falso Gregorio IX. tribuitur, sic autem restituenda est inscriptio ex antiqu. lib. Idem Agathensi. & Nicen. Episc. & Archidiacon. Agathensi. i Videlmi de defens. al. VV. al. Guilelmi de Deserto. Ord. S. Benedict. Diocesis Londonensis. k In multis antiquis ita: ipsaq; G. Monachum S. Veneris sibi elegerunt, &c.

sine licentia nostra nequivit, nos tam electionem, quam cessionem prædictas decernentes irritas, & inanes, mandamus, quatenus Abbatem ipsum loco suo restitui facias: quo integre restituto, vice nostra recipiatis cessionem ipsius.

[1 Suplicant, ut eorum parcentes laboribus, & expensis, electionem ipsorum faceremus in illis partibus confirmari.]

TITULUS X.
DE SUPPLENDIA NEGLIGENTIA
PRAEATORUM.

CAP. I.

Si Diæcessus requisitus benedicere nolis Cisterciensem Abbatem, ipse Monachos suos benedicere poterit.

Alexander III. Cisterciensibus. (an. 1169. Rome.)

S Tatuimus præterea, ut si Episcopus tertio cum humiliitate ac devotione (sicut convenit) requisitus substitutos Abbates vestros benedicere forte renuerit: eisdem Abbatibus licet proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium hujusmodi pertinent, exercere, donec ipsi Episcopi suam dutitiam recogitent b, & Abbates benedicere non recusent.

CAP. II.

Regulares in suos usus convertere non possunt Ecclesiæ, in quibus jus obvenient patronatus: & si intra tempus Lateranensis Concilii, quando vacant, non præsentent rectores ad eas, superior ordinabit easdem.

Clemens III. c (an. 119. Roma forte in Scotiam.)

Sicut nobis d tua fraternitas intimavit, Monachi quidam, & Canonici regulares, Ecclesiæ, quæ ad presentationem eorum pertinent, in tuo Episcopatu habentes, propriis usibus deputate nituntur: nec volunt ad eas cum vacaverint, vocare personas: quin potius occasione concessionis quorundam Episcoporum, Vicarios in eis pro sua instituunt, & deservunt voluntate, admissos ita pensionibus onerantes, quod nec Ecclesiæ competenter possunt in paupertate nimia deserire e, nec Episcopo in Episcopibus respondere, neque hospitalitatem (sicut convenit) transeuntibus impetriri. Nolentes autem, ut status Ecclesiæ debitus & antiquus per insolentiam f aliquid subvertatur: mandamus, quatenus (nisi a jurisdictione tua exempta sint Ecclesiæ supradictæ) prædictos excessus studias rationabiliter emendare. Et nisi prædictæ personæ intra tempus g Lateranensis Concilii constitutum, ad vacantes Ecclesiæ tibi personas idoneas præsentaverint, extunc tibi licet (appellatione remota) in eisdem ordinare rectores, qui eis præesse noverint, & prodeesse, ita tamen, quod ex hoc nullum patronis præjudicium in posterum gereretur.

CAP. III.

Supplet superior inferioris negligentiam in beneficiis conferendas, si tempus Lateranensis Concilii lapsum sit: & collatio per inferiorem postea facta, non valet.

Innocentius III. (an. 1210. Roma in Angliam.)

Iacet magister b H. & R. procurator R. de sancto Cadillico, super Archidiaconatu Richemundie diutius negligaverint coram nobis: [& infra. 1] Ne igitur jus nostrum negligere videamus, qui alios in sua justitia confoveremus: mandamus, quatenus si vobis constiterit Archidiaco-

a Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. b Vid. l. libertorum. §. 1. D. de iis qui not. inf. & l. chorus. §. fin. D. de leg. 3. c al. Cestinius. d Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. e Gloss. in l. societatem. ff. pro soc. & Beld. inl. acceptam. C. de usur. f insolentiam. g Conc. Lat. sub Alexand. III. cap. 8. Vide inf. concess. præb. cap. 11. h Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. i Ead. mundo.

diaconatum Richemundiae vacasse per annum (tempore semestri, quo vel ad Archiepiscopum, vel ad Capitulum donatio pertinebat, non a vacatione, sed a notitia computato) cum pro eo, quod Eboracen Archiepiscopus alium superiorem non habet, extunc fuerat ad nos donatio devoluta, utique super eo silentium imponatis.

[1] Tamen postmodum nostris est auribus intimatum, quod neutri eorum de jure competenter, igitur qui neutri fuerat concessus intra tempus in Lateran. Concilio definitum.]

CAP. IV.

Si is, ad quem spectat beneficii collatio, lapsu tempore Lateranensis Concilii conferre, non valet collatio, nisi de misericordia toleretur.

Idem magistro P. de Castro novo, & R. Monacho Fontis Frigidi, Apostolice sedis Legato. (an. 1210. Roma in Galliam.)

Iteras vestre discretionis a ceperimus, quod cum in quibusdam Ecclesiis legationi vestra subjectis, quedam beneficia, & dignitates tanto tempore vacavissent, quod tam Praepati, quam Capitula secundum tenorem Lateranensis b Concilii, essent jure instituendi privati: postquam adventus vester innominuit, in beneficiis illis personas minus idoneas instituere praeiumpserunt: [& infra. 1] Disc. v. mandamus, quatenus si beneficia, & dignitates noveritis personis idoneis assignatas, eas c de patientia permittatis ab ipsis pacifice possideri: alioquin personas amoventes prorsus ab ipsis, eas de personis idoneis auctoritate nostra suffulti, non differatis quantocuyus d ordinare.

[2] Unde cum recuperitis consilium a viris peritis, ut tales institutiones ab his, quorum non intererat, & qui propria culpa jure, inficiendi se priuaverant, factas, aut. Ap. cassares, in hoc nostrum prius decrevistis consilium habere. Nos igitur]

CAP. V.

Is, ad quem primo loco spectabat collatio beneficiorum, lapsu tempore Lateranensis Concilii, conferre non poterit.

Idem Episcopo Samo. e (an. 1210, Roma in Hispaniam.)

Dilecto filio P. tit. sancti Marcellini f Presbytero Cardin. S. & R. procuratoribus dilectorum filiorum P. & G. apud sedem Apostolicam constitutis, auditore concessio: [& infra. 1] Quia nobis constituta Salamantino Decano & ejus sequacibus, post elapsum sex mensum spatium, intra quod Episcopus, & Capitulum (prout communiter spectabat ad eos) procedere ad electionem Cantoris neglexerant, electionem supradicti P. minus canonice celebratam, candem decernimus irritam, & inanem: & appellationem a Decano, & suis factoribus interpositam, factum Archiepiscopi (ad quem jam erat eligendi auctoritas devoluta) nequivisse aliquatenus impedire. [& infra. 2] Mandamus, quatenus nisi dicto G. aliquod canonicum obviat, electionem de ipso factam, sublato & appellationis obstatu confirmetis.

[1] Idem S. proposuit coram eo, quod cum in Salamantin. Ecclesia, in qua Cantoris electio ad Episcopum, & ad Capitulum omniam tueri pertinet, Cantoria vacante Salamantinum Capitulum, quod sibi Episcopum monuisset, ut ad celebrandum Cantoris electionem cum eo convenire, eodem Episcopo infra semestre tempus facere id negligente, Capitulum cupiens uti iure suo, in Ecclesie memoratae Capitulo, scit moris est, dil. fit. P. ejusdem loci Canonicum in Cantorem elegit, ne quid in ejusdem electionis praejudicium fieret appellando, quam suprad. S. aut. Ap. petit confirmari, ac electionem, quam ven. f.n. Compostellanus Archiepisc. post app. hujusmodi de G. Clerico multis criminibus irretito, ac

a al. & ordine preficiendorum. b al. Londonens. al. Bonon. al. Arth. c. 1. eod. tit. in 1. compil. b sub Alexan. III. c. 28. c al. easdem. d al. quanto ceteris. e al. Zamorense, & Abboti de Mercola Zamorense Diocesis. f in multis antiquis, Marcelli. g al. submoto.

tunc temporis vinculo excommunic. astriktio fecerat, minus canonice celebratam cassari fecit. Dicitus vero R. proposuit ex adverso, quod emense VI. mensum spatio, infra quod ad Episcopum, & Capitulum Cantoris electio pertinebat, Decanus, & quidam Canonicus Salamant. Episcopo Arch. & nonnullis aliis Canonicis, qui presentes aderant in civitate, inconsultis, non consueta hora, nec in Capitulo iuxta morem, sed in Ecclesiis porius quibusdam Laicis advocatis, statim, & inordinate nimis eligere presumserunt: & cum iam dicti Archiepiscopi, qui eos propter hoc controvenerat, adire presentiam noluerint, ipse intelligens auctoritatem eligendi, iuxta Later. Concil. statutum ad se devolutam, supradictum G. in Cantorem elegit, & eundem fecit de Cantoria corporaliter investiri. Postmodum autem Decanus, & sui complices, nobis mentione de his non habita, suggestendo, quod Episcopus, qui monitus sapientia sua mensis eligere noluerat, in Ecclesiis detrimentum, eo, qui in Cantorem ab eodem Decano cum maiore parte Capituli institutus fuerat, spoliato, alium instituerat in Cantorem, ad Decanum Archid. & Archiepisc. Abul. nostras literas impetrarunt, quarum auctorit. cum suprad. G. eisdem inhibuit, ne per predictas literas procederent contra eum, cum in eisdem de sua electione facta per Archiepiscopum nulla mentio haberetur, & tum propter hoc, tum etiam quia prima citatione ad loca remota peremptorie citatus extiterat, tum etiam quia judges quosdam ex electorib. d. P. consanguinitatis linea contingebant, ad sed. Ap. appellavit, sed Judices nibilominus ad Salamantin. Ecclesie accedentes, suprad. in Cantori possessionem causa rosi servanda, contra justitiam induxerunt. Cuth igitur super his, & alios coram eodem Cardinali procuratores Episcopi aliquandiu litigassent, & ipse nobis fideliter retulisset, que proposta fuerant coram ipso.]

[2] Quia vero contra personam ipsius G. quedam objecula fuerant, de quibus nobis non potuit fieri plena fides.]

TITULUS XI. DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM, ET QUALITATE & ORDINANDORUM.

CAP. I.

Diebus Dominicis, vel Sabbatho Pentecostes sacri ordines ab alio, quam a Papa conferri non debent.

Alexander III. [Baton.] Episcopo. b (an. 1163. Roma in Angliam.)

Subdiaconos c autem nulli, nisi Romano Pontifici licet diebus dominicis ordinare. Quamvis consecranti Deo dicatas virgines, & minores ordines his diebus habeant licentiam celebrandi. Sabbatho quidem Pentecostes non licet alicui factos ordines celebrare, cum in sequenti septimana (recepta Spiritus Sancti gratia) celebrentur.

CAP. II.

Non valer consuetudo, quod extra statuta tempora sacri ordinis conferantur.

Idem Episcopo Hesfordensi. d (an. 1165. Roma in Angliam.)

Sane super eo, quod moris esse dixisti in Ecclesiis quibusdam Scotia, & Vallia e, in dedicationibus Ecclesiarum, vel altarium, extra jejuniu quatuor temporum, Clericos ad sacros ordines promovere: Significamus, quod consuetudo illa (utpote institutione Ecclesiastica inimica) est penitus improbanda: & nisi multitudine, & antiqua consuetudo terrae esset, taliter ordinati non deberent permitti in suscepis ordinibus ministrare.

a al. & ordine preficiendorum. b al. Londonens. al. Bonon. al. Arth. c. 1. eod. tit. in 1. compil. b sub Alexan. III. c. 28. c al. easdem. d al. quanto ceteris. e al. Zamorense, & Abboti de Mercola Zamorense Diocesis. f in multis antiquis, Marcelli. g al. submoto.

strare: nam apud nos sic ordinati deponerentur, & ordinantes privarentur auctoritate ordinandi.

CAP. III.

Minores ordines conferri possunt diebus festis. Sacri vero conferri debent in quatuor Temporibus, vel Sabbatho sancto, vel Sabbatho de passione.

Idem Alex. III. (an. 1163. Roma in Angliam.)

D E eo autem, quod quasvisisti, an diceat extra jejuniu quatuor Temporum aliquos in Ostiarios b, Lectores, Exorcistas, vel Acolythes, aut etiam Subdiaconos promovere: Taliter respond. quod licitum est Episcopis, dominicis, & aliis festis diebus, unum, aut duos ad minores ordines promovere. Sed ad Subdiaconatum, nisi in quatuor Temporibus, aut Sabbatho sancto, vel in Sabbatho ante dominicam de passione, nulli Episcoporum, praeterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare.

CAP. IV.

Cruciferos occultus moneri potest, ne promovestur ad ordinis: sed prohiberi non debet.

Idem. c (an. 1170. Roma in Laci.)

E X tenore tuarum literarum d acceperimus, quod N. clericus adeo deliquerit, quod si peccatum eius esset publicum, degradaretur & ab ordine, quem suscepit, & amplius non posset ad superiores ordines promoveri. Verum quoniam peccatum ipsum fore occultum dixisti, mandamus, quatenus poenitentiam ei condignam imponas, & suadeas, ut parte poenitentiae peracta, ordine suscepto atatur: quo contentus existens, ad superiores amplius non ascendet. Veruntamen quia peccatum occultum f est, si promoveri voluerit, cum nou debes aliqua ratione prohibere.

CAP. V.

Religiosus contra probationem Praepati sui ordinari non debet. Lucius III. Archiepisc. g Turonensi. (an. 1183. Roma in Galliam.)

A D aures b nostras pervenit, quod religiosi quidam ad superiores desiderant ordines promovere, sed Praepati eorum desideris contradicunt. Tuus igitur questionis taliter respond. quod honestius, & tutius est subjectis debitam Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deserire, quam cum præpositorum scandalo, graduum appetere dignitatem: nec est in hac parte subjectorum desiderium confovendum: quoniam esse potest, quod Praepati eorum commissa secreta noverint, ex quibus constat eis, quod salva conscientia nequeant sublimari: quia non in sublimitate gradum, sed in amplitudine i charitatis acquiritur regnum Dei.

CAP. VI.

Metropolitanus ab omnibus Suffraganeis consecratur. Suffraganeus vero a tribus, Metropolitanu subiente.

Idem. k

Si Archiepiscopus l obierit, & alter fuerit ordinandus, omnes Episcopi ejusdem provincie ad sedem Metropolitanam converiantur; ut ab omnibus ordinetur. Reliqui vero

a Post Conc. Later. sub Alex. III. part. 26. c. 25. & cap. 3. eod. tit. in 1. compil. b Vide Magistr. sent. lib. 4. dist. 24. Adde Conc. Trid. eff. 23. de refor. c. 2. c VV. Albanen. Episcop. in prima collectione. d Post Conc. Later. sub Alex. III. p. 50. c. 3. & c. 5. eod. tit. in 1. compil. e Alias ita: a jam suscepto ordine degradaretur. f Adde, quando dicatur peccatum occultum, & quando manifestum, in l. cum fratrem. per Bald. C. de his quibus ut indign. g al. Turonensi. Archid. B. al. Senonensi. h Post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 26. c. 22. & c. 4. eod. tit. in 1. compil. i al. plenitudine. & Burchar. l. 1. c. 28. tribuit Anicio, ut Pann. l. 3. tit. 2. c. 3. Al. Aniceto, ut Ivo p. 5. c. 139. Deor. l. Vide Anaclet. Pap. epist. 2. & Grat. dist. 64. & 4. & dist. 66. c. 2. & 1. canon. Apostol. & c. 9. in 1. compil. tit. de elect.

a Concl. Arel. 2. c. 5. Burch. lib. 1. c. 27. Ivo p. 5. c. 138. & c. 4. tit. de elect. in 1. compil. & concord. Concil. Nicenum c. 4. dist. 64. can. 1. 7. & 8. apud Grat. b al. Hydron. c Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. d al. Reriloci. e Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.

comprovinciales Episcopi (si necesse fuerit) ceteris consenserentibus, a tribus iustu Archiepiscopi poterunt ordinari: sed melius est, si ipse cum omnibus eum, qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter Pontificem consecraverint.

CAP. VII.

Dicit idem, quod in precedenti.

Ex Concil. Arelatefi. (an. 452. in Gallia.) Ne Episcopi sine Metropolitanis permitti, nec Metropolitanus sine tribus, vel duobus Episcopis comprovincialibus presumat Episcopum ordinare, ita ut alii Episcopi comprovinciales admoneantur episcolis, ut se suo responsu significant consenserent. Quod si inter partes aliqua dubitabatur fuerit, majori numero Metropolitanus in electio ne consentiat.

CAP. VIII.

Ordinatus extra tempora suspenditur, donec dispensemur cun- to, & ordinans punitur.

Urbanus III. Archiepiscopo Pisano (an. 1186. Verona in Tusciam.)

C Um quidam: [& infra.] Episcopa, qui die, quod non debuit, ordinis celebravit, canonica disciplina corrigeret, & ordinatos a susceptis ordinibus tamdiu reddere debes expertes, donec apud nos restitutionis gratiam consequantur.

CAP. IX.

Graci a Latinis ordinari non debent: nec econtra si in rite ordinandi sunt diversi.

Cœlestinus III. Hidronensi b Archiepiscopo. (an. 1195. Roma in Calabriam.)

C Um secundum regulas Ecclesiasticas: [& infra.] Quia vero sicut dicitur in partibus Calabriæ Latini a Gracis, & Graci a Latinis secundum alterutrius institutionis obseruantiam ordinantur, nolumus de cetero commixtiones, & consuetudines rituum in ordinibus observari.

[1] Et sanctorum instituta Pontificum, sacri sunt ordines in certis temporibus conferendi, quidam Graeci Episcopi ritus sui, & consuetudinis observantur in Latini Clericos exercentes, eos ad sacros ordines passim provehent, qui non sunt preterquam in IV. Temporibus conferendi. Sane sicut presentrum latris Jo. relatione cognovimus, quod cum ipse a quodam domino, cui ipse servierat, & ut in capella sua divina officia celebraret, cuidam Graeci Episcopo foret presentatus, idem Episcopus Catbanen. cum in Sacerdotem promovit, quem postmodum dicas. Episcopus ab executione officii, vel suscepti ordinis creditur suspendendum: que utique consuetudo consuetudini Ecclesiastice inimica, & detestabilis est, & penitus improbanda, & nisi multitudine, & antiqua consuetudo esset in causa, sic ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministriare: nam apud nos sic ordinati deponerentur, & ordinantes auctoritate ordinandi de censuro canonum privarentur. Verum quia nos plenam de Græcorum observantio notitiam habere non possumus, nec est nobis certum, utrum in assumpto taliter ordine ministrare

CAP. X.

Si Monachus unius ordinis in secundo ordine, ad quem transiit, recipit sacerdotium, ad primum ordinem rediens, in eo libere ministerabit.

Innocentius III. Abbat. & Conventui Cariloc. d (an. 1198. Roma in Galliam.)

E X parte vestra nostro fuit Apostolatui reseratum, quod quidam Monachus vester, se ad nigros Monachos transferens, & habitum eorum assumens, ad Sacerdotii ordinem in ipso habitu est promotus. Unde quia dubitatis, utrum in assumpto taliter ordine ministrare

a Concl. Arel. 2. c. 5. Burch. lib. 1. c. 27. Ivo p. 5. c. 138. & c. 4. tit. de elect. in 1. compil. & concord. Concil. Nicenum c. 4. dist. 64. can. 1. 7. & 8. apud Grat. b al. Hydron. c Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. d al. Reriloci. e Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.

debeat: Mandamus, quatenus (nisi canonicum aliud obviat) ipsum Monachum officium Sacerdotis libere exequi permittatis.

C A P. XI.

Si Grecus Episcopo Latino subjectus ordinatur sine Latini licentia a Greco, interdicitur sibi execilio: si vero de licentia, tunc toleratur.

Idem C. Presbytero a Cardinali, Apostol. sed. Legato.

(an. 1202. Roma in Siciliam.)

Quod b translationem Pontificis: [& infra. i] Consultationi tua taliter respondemus, quod cum Clericus Grecus, Episcopo Latino subjectus, a Greco Pontifice ordinatur: nisi de mandato, vel licentia sui Episcopi fiat, interdicenda est ei ordinis executio sic suscepit, tanquam ab alieno Pontifice, sine mandato vel licentia sui Episcopi ordinato. Si vero de mandato vel licentia sui Praeful, a Greco Pontifice, secundum morem Grecorum fuerit ordinatus, licet culpans sit Episcopus Latinus, qui Clericos suos a Greco facit Antislite ordinari, quamdiu tamen talis mos ab Ecclesia toleratur, impediri non debet ab executione ordinum taliter susceptorum.

[i Super eo vero, quod nos constiter voluisti, quod multi Grecorum Clerici consistentes in dioecesis Latinorum ab Episcopis Grecis non in quatuor Temporibus, interdum omnes ordines simul, nonnunquam partem recipiunt, qui postmodum prohibentur a Latinis Episcopis celebrare.]

C A P. XII.

Ordinatus a Papa, sine licentia Papae, ad superiores ordines non promovetur.

Idem Mutinensis Episcopo. e (an. 1202.)

Cum d in distribuendis: [& infra.] Meminimus a nobis fuisse suppliciter et postulatum, & clementer indulsum, ut quia praefatus A. Ecclesia Romana Subdiaconus erat, mandaremus ipsam per Bononiensem Episcopum promoveri.

C A P. XIII.

Duo sacri ordines non possunt conferri eidem uno die, vel duobus, continuato jejuniu.

Idem eidem, & Magistro f H. Subdiacono nostro,

(an. 1202. Roma in Aemiliam.)

Litteras vestras g recepimus super inordinata ordinatione Imolensis electi, quem Bonon. Episcopus precedenti Sabbatho in Diaconum, & sequenti die Dominicino (continuato jejuniu) in Presbyterum ordinavit. In quo, quantum uterque deliquerit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim utrumque ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione unum ordinem uno die, & alium b altero, (jejuniu continuato) & confiri: cum propter continuationem jejuniu fictione canonica, five mane diei Dominicæ trahatur ad Sabbathum, five vespera Sabbathi ad diem Dominicam referatur, profecto mane cum vespera, seu vespera cum mane, ad eundem diem pertinere dicetur. Nam si quantum ad hunc necessitatem articulum pertinet, mane ad unum diem, & vespера referatur ad alium, cur esset continuatio jejuniu necessaria, cum & Sabbatho ante coenam, & Dominica ante prandium intelligantur esse jejuni?

Praefatum itaque Bonon. Episcopum (ut puniatur, in quo deliquerit) a collatione ordinum, Diaconi scilicet, Presbytere-

a Idem C. titulo S. Laurentii Presbytero, &c. ut est in 3. comp. & in 3. sup. de usu & auctor. pall. b Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. l. c & Magistro Uberto, ut est in 3. compil. d C. 4. eod. tit. in 3. compil. & humiliter. f Huberto Canon. Modocensi. g H. Theologo nostro, Modocien. Canonico. g Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. h Alias ita: & alium in alio. i Vide Glos. l. i. in verbo, separatum. De usufr. acc. & Instit. de leg. g. si eadem in gl. k Videl. Titius & ibi Bart. ff. de lib. & postb. & in l. hec verba. ff. de verb. signif.

rii, alterum vero ab executione officii Sacardotalis tamdi volumus manere suspenpos, donec de illis aliter disponamus.

C A P. XIV.

Ordinans puerum tredecim annorum in Diaconum, suspenditur a collatione ordinum: & ordinatus ab ipsis executione usque ad etatem legitimam.

Honorius II. Episcopo, & Archidiac. Legionis.

(an. 1220. Roma in Hispaniam.)

Vel non est compos a sui Episcopos Conventren. vel nimis videtur a scientiam repulisse, qui M. pueum latorem presentem adhuc XIII. b annorum contra faciorum canorum instituta, inordinate in Diaconum dicitur ordinasse, in ludibrium ordinis Clericalis: [& infra. i] Dignitati vestre mandamus, quatenus si rem inveneritis ita esse, praedictum Episcopum a collatione ordinum suspendentes, ipsum, ut eidem M. quem ab executione officii Diaconi & usque ad etatem legitimam in injuriam suspendimus ordinantis, provideat in Ecclesiastico beneficio competenti, per censuram Ecclesiasticae compellatis.

[i Quod utique si nobis plene constaret, quantumcunque sumus proniores ad veniam, quam ad debitam ultionem, taliter hoc castigorenuis in ipso, quod ex poena culpa notoria redideretur, & revelata ejus ignorancia efficeret alios in similibus cauiores. Nolentes autem hoc relinquere indiscutsum.]

C A P. XV.

Episcopus conferens eidem una die plures sacros ordines, etiam si de mandata Metropolitani hoc fecerit, ab ordinandi potestate suspenditur.

Idem Leon. d & Cal. Abb. (an. 1210.)

Dilectus e filius f G. Humilien. Canonici nostro dum Apostolui referavit, quod Humilien. g Ecclesia suo viduata pastore, Canonici ipsum unanimiter elegunt: qui cum esset citra sacros ordines constitutus, Archiepiscopus b Cassalens. Metropolitanus eorum Episcopo Trecent. mandavit, ut eum uno & eodem die ad tres sacros ordines promoveret: quod ille (non auctu proprio, sed i ipsius Archiepiscopi mandato) perfecit. Cum ergo nebis constiret supradictum Episcopum in pluribus deliquisse, tum quia sine mandato Archiepiscopi (ut ipse confessus extitit) ad hujusmodi ordinationem inordinate processit: tum quia si de mandato Archiepiscopi constaret, cum illi hujusmodi dispensatio a canone minima & permitta, ipsi obtemperare non debuit in hac parte: tum etiam quia reatum perjurii sapientiariavit, jurando prius, quod Archiepiscopus id precepit, & postea, quod illud non mandaverat in iudicio coactendo: ipsum tamdi ab ordinandi suspendimus potestate, donec nostram meruerit gratiam obtinere.

C A P. XVI.

Ordinatus ad sacros extra tempora statuta, ordinem recipit, & post paenitentiam cum eo dispensat Episcopus.

Gregorius IX. Archiepiscopo Baranensi. (an. 1228.)

Roma in Apuliam.)

Consultationi tua taliter respond. quod eos, qui extra tempora statuta sacros ordines receperunt, characterem non est dubium recepisse: quos pro transgressione hujusmodi [primo eis paenitentiam imposta competenti] sustinere poteris in suscepit ordinibus ministrare.

C A P. XVII.

Occulus criminofus, præter homicidiam, post paenitentiam.

a Nota ex hoc textu, quod per opera alicuius cognoscitur discretio mentis ejusdem. b vst. XII. c al. Diaconarus. d al. Leonensi. & Salabriens. Abb. al. Leon. & Salebriens. Abb. Al. Leonem. & Sal. Abb. al. de Leon. & Sabbar. Abbatib. e Cap. l. eod. tit. in 4. compil. f omnes fece manuscr. ita habent. g VV. Imolicens. al. Finlir. h Calacers. i C. Barb. ita: sed ipsius Archiep. ut ipse confessus extitit, mandata.

tiam in susceptis ministrat, & ad superiores ascendit: ante paenitentiam monetur, ut etiam in susceptis non ministrat.

Idem (an. 1229. Rome.)

Quae sit est de Sacerdotibus, vel alias Clericis, qui per reatum adulterii, perjurii, homicidii, vel falsi testimonii, bonum conscientia recte perdididerunt: [& infra.] Respondemus, quod si proposita crimina ordine judicario comprobata, vel alias notoria non fuerint, non debet hi (præter b reos homicidii) post paenitentiam c in jam susceptis, vel suscipiendis ordinibus impedit: qui si non paenituerint, monendi sunt, & sub interminatione divini iudicij obstandi, ut in testimonium sua damnationis, in susceptis etiam ordinibus non ministrant.

T I T U L U S XII.

DE SCRUTINIO IN ORDINE

FACIENDO.

C A P. U N I C.

Episcopus interrogatus in scrutinio Episcopi ordinandi, potest respondere illum dignum, si non novit illum indignum.

Innocentius III. (an. 1206. Roma in Hispaniam.)

Ex parte tua sit propositum: [& inf. i . F. t. resp. quod cum aliquem in Diaconum, vel Presbyterum promovemus, prior Diaconorum, qui nobis assit, dicit: Postulat sancta mater Ecclesia hunc Diaconum, vel Subdiaconum, ad onus Presbyteratus, vel Presbyterum assumi: & nobis interrogantibus, si eum cognoverit esse dignum, idem responderet, quod quantum humana fragilitas note finit, & scit, & testificatur illum ad hujusmodi onus officii esse dignum. Unde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodo contra conscientiam non loquatur f: quia non simpliciter illum afferit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nos finit: cum illum, quem indignum esse non novit, dignum debeat estimare. Hujusmodi ergo response secure uti poteris, nisi forte de indignitate tibi confiterit consecrandi. Si autem illum indignum esse cognoscis, Metropolitano (priuquam ad hujusmodi scrutinium veniatur) secreto studeas nunciare, vel intimare g: quamvis nos interrogationem hujusmodi non in consecratione Pontificis, sed in ordinatione Diaconi, vel Presbyteri faciamus.

[i Quaevis isti præterea per sed. Ap. edoceri, ut cum Episcopi ad consecrationes Episcoporum ab Archiepiscopo suo, vel etiam ab alio evocentur, & ipse electum Metropolitano offerant consecrandum, dicentes: Reverende pater, postulat sancta mater Ecclesia hunc electum in Episcopum consecrari; & interrogante Archiepiscopo si sciano illum esse dignum, respondeant, quod illum sciant & credunt pariter esse dignum, & re in responsione hujusmodi, ne offendere hominem. Deum existimes offendisse, quandoque præter, quandoque contra conscientiam respondens, cum electi converatio, aut minus tibi cognita, aut penitus signata, qualiter in hujusmodi interrogationibus salva conscientia valeas responderet. Ad quod]

T I T U L U S XIII.

DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QUI RENUNCIAVIT EPISCOPATUI. h

C A P. I.

Episcopus, qui renunciavit locotantum, invitatus conferre potest ordinis, sicut prius. Si vero & digniti, cum ordinato

a al. proper. b Glos. in S. homicidium. in authent. de pac. juram. firm. coll. 20. c al. ita: post paenitentiam injunctam. d al. in ordibus. e c. i. deserv. fao. in 3. compil. f Videl. præsenti, cum mor. C. de his, qui ad Eccl. confug. g In omnib. manusc. defunct. h C. 2. verba: vel intimare. i In nonnullis antiquis ita: resignavit Episcopatum: & in multis habetur ita hic tit. De ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui, vel excommunicato.

Tom. II.

per eum ad minores, vel ignorantier ad sacros dispensat Episcopatus: cum ordinario vero scienter ad sacros, non dispensat.

Alexander III. Tolerando [al. Tololano] Archiepiscopo.

Requisivit a nobis tua fraternitas, utrum Clerici, qui post renunciationem b factam a predecessor tuo ordinibus receperunt, in ipsis debeat remanere: [& infra.] Respondemus igitur distinguendo, utrum renunciatione loco tantum, an loco simul, & dignitati. Nam in primo casu ordines (sicut antea) rogatus ab Episcopo aliquo, poterit de ratione conferre. In secundo vero casu, distinguendum putamus, utrum sacros e contulerit, an minores. Si enim a tali ordines usque ad Subdiaconum, aliquis acceperit, quia & hujusmodi ordines a non Episcopis quandoque conferuntur, & in illis deferire poterit, & ad maiores (si idoneus fuerit) promoveri. Sane si ab eodem factos ordinibus scienter quis receperit, quia indiganum se fecit, executionem officii non habebit, ubi autem non scienter d, poterit (nisi crassa & prima faciat ignoratio) discretus Pontifex dispensare.

[i Aut ad maiores de jure canonum promoveri. Nos igitur, quia nobis non plenarie de veritate constat, non possumus tibi super hoc breviter respondere.

C A P. II.

Breve est.

Gregorius IX. (an. 1228. Rome.)

Cum Clericis, qui ab excommunicato Episcopo ignorantier ordines receperunt, per suos poterit Episcopos dispensari.

T I T U L U S XIV.

DE ETATE, ET e QUALITATE, ET ORDINE

PRÆFICIENDORUM.

C A P. I.

Non summar.

Ex Concilio Pictaviensi. c. decret. (1078. in Gallia.)

Uti Abbates f, Decani, & Præpositi, qui Presbyteri non sunt, Presbyteri fiant, qui Archidiaconatus tenent, Diaconi: qui vero Archipresbyteratus, Presbyteri fiant, aut amittant honorem. Quod si aliqua justa causa prohibente, Presbyteri, aut Diaconi esse non potuerint, præfationes amittant.

C A P. II.

Ecclesia dispensative minori concessa, non per Laicos, sed per Clericos regi deberet, donec ille perveniat ad etatem.

Alexander III. Cantuariensi Archiepiscopo.

(an. 1169. Roma in Angliam.)

Ex ratione: [& infra.] Accepimus autem, quod b Conventren. Episcopus pueri, qui sunt intra decennium constituti, in Archidiaconatu R. Archidiaconi Cistren. i Ecclesiæ plures concessit, quæ non per Clericos, sed per Laicos disponuntur. Unde quoniam non debet hoc aliquatenus tolerari: mandamus, quatenus prædictum Episcopum super his corripias, & Clericis idoneis administrationes, & custodiam præscriptarum Ecclesiæ, donec prædicti pueri ad congruam veniant etatem. Laicis amotis) committas. Eadem Episcopo prohibens, ne de cætero Ecclesiæ, nisi personis, quæ etatem, & scientiam habeant, regendas concedat. Quod si fecus egerit, ei debitam poenam infligens, institutionem & concessionem ipsius, omnino & viribus carere decernas, G

Tibi

a Post Conc. Lateran. sub Alex. III. part. 26. c. 18. & c. un. eod. tit. in 1. comp. b al. resignationem in uno. c In C. Barb. firm. coll. 20. c al. ita: post paenitentiam injunctam. d al. in ordibus. e c. i. deserv. fao. in 3. compil. f Videl. præsenti, cum mor. C. de his, qui ad Eccl. confug. g In omnib. manusc. defunct. h C. 2. verba: vel intimare. i In nonnullis antiquis ita: resignavit Episcopatum: & in multis habetur ita hic tit. De ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui, vel excommunicato.